340

KB230
.A3
T45
1726
v.3
c.1

JO. BAPTISTÆ
DE LUCA
VENUSINI,
S. R. E. Presbyteri Cardinalis;
THEATRUM
VERITATIS & JUSTITIÆ,

SIVE DECISIVI DISCURSUS PER MATERIAS, SEU TITULOS diſtincti, & ad veritatem editi in forenſibus controverſiis Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus pro una partium ſcripſit, vel conſultus reſpondit.

LIBER TERTIUS,

Cujus I. Pars de Juriſdictione, & Foro competenti; II. de Præeminentiis, & Præcedentiis, ſub quibus de Jure Cathedratico, Metropolitico, Nobilitate, Civilitate, & aliis juribus honorificis.

CUM NONNULLIS RECENTISSIMIS SACRÆ ROTÆ Romanæ Deciſionibus ad materiam ſpectantibus; nec non Annotationibus, ac Diſcurſibus, qui anteà in Supplementis extabant, ſuis locis optimè adjectis.

VENETIIS, MDCCXXVI.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

49179

1080045714

KB230 .A3 T45 1724 V.3

BMU Raúl Rangel Frías UANL FONDO

INDEX ARGUMENTORUM IN DISCURSIBUS

Qui habentur in Prima Parte Tertii Libri, de Juriſdictione & foro competenti.

DISC. I.

Toletana Juriſdictionis.

DE cōtroverſia juriſdictionis ſpiritualis, tam ordinariæ, quàm delegatæ; inter Epiſcopum, & Prælatum inferiorem, tam in locis exemptis, quàm nullius, & de territorio ſeparato. Et quomodo territorium ſeparatum probari dicatur, Et de diſtinctione plurium ſpecierum Prælatorum inferiorum, eorumque juriſdictionis, Ac de intelligentia privilegiorum, quæ ſuper exemptione à locorum Ordinariis competunt Regularibus, & Religionibus, præſertim verò illis S. Joannis Jeroſolymitani.

DISC. II.

Converſana Juriſdictionis.

De eadem materia juriſdictionis Prælati inferioris in concurſu diœceſani, quoties præſertim ex ipſiuſmet diœceſani conceſſione juriſdictio Prælati inferioris originata eſt.

Et de puncto, an defenſio cauſarum pertinentium ad Prioratus, vel Commendas Hieroſolymitanæ Religionis, principaliter pertineat ad ipſam, vel ad Priores & Commendatarios, itaut geſta cum iſtis afficiant necnè ipſam Religionem.

DISC. III.

Vulturarien. Juriſdictionis.

De eadem materia juriſdictionis pretenſæ per inferiorem Prælatum privativè ad Ordinarium, & cum territorio ſeparato in loco, in quo ipſe habeat etiam juriſdictionem temporalem.

Et de territorii ſeparati probatione per teſtes deponentes de immemorabili, ſeu territorii ſeparatione, an & quando una, vel altera ſpecies probationis dicatur ſufficienter facta, necnè.

DISC. IV.

Faventina Juriſdictionis.

De juriſdictione Ordinarii in capellanos, clericos, colonos, miniſtros, & alios non profeſſos, inſervientes Eccleſiis, Prioratibus, & Commendis S. Religionis Hieroſolymitanæ, tam in concernentibus curam animarum, quàm in aliis, ad interpretationem conſtitutionis 65. Gregorii XIII. Et aliqua de Conſervatoribus privilegiorum ejuſdem Religionis, an poſſint habere Tribunal erectum, & in quo differant ab aliis Conſervatoribus; Et an eorum perſonæ ſint exemptæ à juriſdictione Ordinarii, cui aliàs eſſent ſubjectæ.

DISC. V.

Theatina Juriſdictionis.

De omnimoda exemptione à juriſdictione Ordinarii ante S. Conc. Trid. canonizata per rem judicatam ad formam Cōſtitutionis Bonifacii VIII. *in c. cum perſonæ de privilegiis in 6.* Quid talis res judicata hodiè operetur; Et quid in hoc per Concilium innovatum fuerit.

DISC. VI.

Maceraten. ſeu Tolentina juriſdictionis.

De eadem materia juriſdictionis delegatæ competentis Epiſcopis, ſeu locorum Ordinariis in Eccleſiis, & locis exemptis. Et aliqua etiam de territorio ſeparato.

DISC. VII.

Aſtoricen. ſeu nullius juriſdictionis.

De omnimoda juriſdictione quaſi Epiſcopali cum territorio ſeparato competēte Prælato inferiori privativè ad Epiſcopū ex privilegio Apoſtolico.

Et de ipſius privilegii executione, & effectuatione

De laudo, an valeat in bonis, & juribus Eccleſiarum ſine beneplacito Apoſtolico; Et quando iſtud adeſſe dicatur præſumptum ex lapſu temporis.

DISC. VIII.

Hiſpalen. juriſdictionis.

De juriſdictione omnimoda quaſi Epiſcopali competenti Prælato inferiori ex Indulto Apoſtolico conceſſo pro aliquo Statu, vel locorum Univerſitate, an comprehendat locum, qui de tempore Indulti deſtinatus erat, ut dictæ Univerſitati uniretur, non tamen adhuc ad actum unionis deventum erat; Et aliqua de materia aperitionis oris adverſus gratiam cum decreto irritanti, & clauſula *ſublata*.

DISC. IX.

Anglonen. juriſdictionis.

De eadem materia territorii ſeparati, ac juriſdictionis Prælati inferioris in locum, & populum alicujus loci; Et quid in hoc operentur dominium, & juriſdictio temporalis ejuſdem loci penes ipſum Prælatum inferiorem:

DISC. X.

Lunen. Sarzanen. juriſdictionis.

De eadem materia territorii ſeparati, & omnimodæ ſpiritualis & quaſi Epiſcopalis juriſdictionis Prælati inferioris, etiam in excluſionem juriſdictionis delegatæ loci Ordinario.

DISC. XI.

Aprutina juriſdictionis.

De probatione ſituationis loci in Diœceſi, an incūbat Epiſcopo agenti contra Prælatum inferiorē pro exercitio ordinariæ, vel delegatæ juriſdictionis; Et de probatione privilegii ſuper territorio ſeparato per teſtes ob illius caſualem amiſſionē.

DISC. XII.

Beneventana juriſdictionis.

De eadē materia probationis ſituationis in diœceſi, vel territorii ſeparati reſpectivè; Et an privilegium Apoſtolicum, quamvis non expreſſum, ſuper territorio ſeparato, & juriſdictione activa in clerum, & populum, ſufficiat concurrente longæva obſervantia, tanquam ab iſta ita interpretatū.

DISC. XIII.

Marſicen. juriſdictionis.

De eadem materia controverſiæ juriſdictionalis inter Epiſcopum, & Prælatum inferiorem prætendentem juriſdictionem cū territorio ſeparato; Et an ſententia, aliaque acta geſta cū Epiſcopo afficiant Capitulum, ſeu Clerum loci cōtroverſi; Et quando dicatur eſſe tale Capitulū, quod ad cauſæ defenſionem evocandum, vel admittēdum eſſet.

D I S C. XIV.

Firmana Jurisdictionis.

An inferior Prælatus regularis habens omnimodã juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum clero, & populo intra limites ejus Monaſterio, ſeu Abbatiæ adjacentes, tanquam in territorio ſeparato & *Nullius*, eamdem juriſdictionem habeat in Eccleſiis unitis, ſeu membris & de menſa ejuſdem Monaſterii, ſitis in alienis diœceſibus, etiã reſpectu clericorum eis inſervientium, & populorum in eiſdem ſacramenta & divina recipientium.

D I S C. XV.

Sancti Severini Parochialis.

De eadem materia diſcurſus præcedentis, an ſcilicet Prælatus Regularis cum omnimoda juriſdictione & territorio ſeparato in loco ſui Monaſterii, eamdem juriſdictionem habeat in Eccleſiis ſubiectis, & de menſa, in alienis diœceſibus exiſtentibus.

D I S C. XVI.

Mutinen. ſeu Carpen. collationis ordinum.

De collatione ordinum, ſeu conceſſione literarum dimiſſorialium pro eis ſuſcipiendis, an competat inferiori Prælato loci *Nullius*, habenti cum territorio ſeparato plenam juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vel potiùs Epiſcopo viciniori.

D I S C. XVII.

Aquilana juriſdictionis.

Si ex concordia, ſeu aliàs Prælato inferiori competit omnimoda juriſdictio, etiam in caſibus venientibus ſub delegata, reſervato ſolum Epiſcopo jure viſitandi Eccleſiam, quid ſub hoc jure veniat; Et an viſitare poſſit perſonas eidem Eccleſiæ inſervientes, eorumque cauſas, & titulum Beneficiorum cognoſcere.

D I S C. XVIII.

Marſicana juriſdictionis.

De juriſdictione loci Ordinario delegata circa clauſuram Monaſterii Monialium ampliſſimè exempti, & cum tali exemptione quod importet territorium ſeparatum & qualitatem *Nullius*, quantum ſe extendat, & in quo operativa ſit; Et quale aliud jus extra clauſuram in eodem Monaſterio, vel ejus Eccleſia Ordinarius habeat.

D I S C. XIX.

Policaſtren.

Exemptio conceſſa alicui Collegio ſub proprio Prælato habente juriſdictionem privativam ad quemcumque, an ſuffragetur quoad clerum & populum caſtri, ſeu loci in aliena diœceſi, ad ipſum Collegium & Prælatum pertinentis. Et aliqua de juriſdictione Ordinarii in exemptos ratione turbatæ juriſdictionis.

D I S C. XX.

Nazarena, ſeu Tranen. juriſdictionis.

Conceſſa per Sedem Apoſtolicam Epiſcopo in partibus infidelium, vel hæreticorum, ſeu aliàs impedito reſidere in propria diœceſi, Eccleſia intra limites alienæ diœceſis pro ejus reſidentia, cum juriſdictione ordinaria, & Epiſcopali in clericos, alioſque illius Eccleſiæ inſervientes, & miniſtros; an hic Epiſcopus conſideretur tanquam inferior Prælatus Eccleſiæ exemptæ in aliena diœceſi, vel potiùs tanquam Epiſcopus, & Ordinarius, tam Eccleſiæ tanquam de territorio ſeparato, quàm perſonarum, in utraque juriſdictione ordinaria, & delegata.

Et poſito quod cenſeatur juxta hanc ſecundam partem, an in loco, in quo Eccleſia ſita eſt, exercere poſſit juriſdictionem cum ſuis ſubditis, eos carcerando, ſive citando per edicta in locis publicis abſque licentia Diœceſani, ſeu Ordinarii loci, necnon licentiam concedere poſſit prædicandi in dicta Eccleſia independenter ab Ordinario loci.

Et an confeſſarii per eum approbati ad audiendas confeſſiones, aliaque ſacramenta miniſtranda in ipſa Eccleſia, adminiſtrare poſſint ſacramenta populo ejuſdem loci, vel Diœceſis, ac abſolvere à caſibus reſervatis per Diœceſanum.

Et an Diœceſanus, ſeu Ordinarius, juſtè petere valeat præfinitionem certi numeri clericorum, & miniſtrorum pro ſervitio talis Epiſcopi exteri, ejuſque Eccleſiæ.

D I S C. XXI.

Amalphitana juriſdictionis.

Eccleſia exiſtens intra fines unius Diœceſis, ſi perpetuò alteri Cathedrali, vel Metropolitanæ uniatur, an efficiatur de hac Diœceſi cum implicita territorii ſeparatione, itaut in Epiſcopum hujus novæ Eccleſiæ, cui facta eſt unio, tranſeat omnimoda juriſdictio Epiſcopalis privativè ad primum, vel potiùs remaneat in priori ſubjectione.

D I S C. XXII.

Tiraſon. juriſdictionis.

Subditi diœceſani, an & quando recuſare poſſint accedere ad Civitatem, vel locum reſidentiæ Epiſcopi, itaut trahi non debeant extra proprios lares, ibique judicandi ſint ab ipſo Epiſcopo, vel Vicario ſpecialiter deputato.

Quando dicatur una diœceſis, vel duæ potiùs æquè principaliter unitæ, & de defectibus indè reſultantibus, præſertim, ne illi unius ad aliam trahantur.

Sententia lata cum Capitulo, & Eccleſia loci dominantis, an præjudicet reliquo clero & populo ejuſdem loci, ac aliorum locorum adjacentium, itaut faciat ſtatum.

D I S C. XXIII.

Tarentina juriſdictionis.

De eadem materia, an ſcilicet ſubditi alicujus loci, vel partis diœceſis prætendere poſſint trahendos non eſſe extra proprios lares, ſed ibi tantum per Epiſcopum, ſeu Vicarium particularem, eorum cauſas cognoſci debere.

D I S C. XXIV.

Acernen. reſidentiæ, & Vicarii.

An Epiſcopus, neglecta reſidentia in Civitate & Eccleſia Cathedrali, illam habere poſſit, ac Tribunal erigere pro toto tempore in aliqua parte diœceſis; Et quatenus id concedatur, an poſſit Capitulum Cathedralis prætendere, pro Civitate deputandum eſſe Vicarium Generalem independentem ab alio Vicario Generali aſſiſtente penes Epiſcopum.

Et de juriſdictione Capituli ſede vacante, cum facultate deputandi Vicarium, an illa reſpectu loci, vel partis diœceſis, eſſe poſſit penes Capitulum Collegiatæ, vel clerum ejuſdem loci, privativè ad Capitulum Cathedralis.

D I S C. XXV.

Colonien. ſeu nullius exemptionis.

De exemptione ab Ordinarii juriſdictione competente alicui Monaſterio Monialium, vel Eccleſię principali, an competat alteri Monaſterio, vel Eccleſiæ ſubjectæ, vel dependenti; Et quid etiam reſpectu curæ animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum in illis partibus, in quibus receptum non ſit Concilium Tridentinum.

D I S C. XXVI.

Neapolitana juris viſitandi Monaſterium.

Juriſdictio delegata Ordinario loci in Monaſteriis Monialium exemptis, an locum habeat quando exemptio provenit ex lege fundationis; Et quid ubi eadem Monaſteria habent alterum Delegatum Apoſtolicum, à quo viſitantur.

D I S C. XXVII.

Campanien. juris viſitandi.

An juriſdictio à S.C.T. & Apoſtolicis Conſtitutionibus delegata Ordinariis in Monaſteriis Monialium exemptis, militet ubi obſtat lex fundationis approbata per Sedem Apoſtolicam.

D I S C. XXVIII.

Colonien. Monaſterii S. Cornelii Ad Indam.

An & quando Ordinarius loci juriſdictionem habeat etiam ordinariam in Monaſterio Regulari, ejuſque Abbate, & Religioſis, ubi agitur de illis Monaſteriis, quæ cum aliis non connectuntur, ſed reguntur de per ſe, & independenter, an ſcilicet exemptiones generales competentes Religionibus, capiant hæc Monaſteria.

D I S C. XXIX.

Meſſanen.

De juriſdictione Ordinarii loci in exemptos, præſertim in milites Hieroſolymitanos ejus juriſdictionem turbantes; Et an poſſit eos excommunicare, ſeu excommunicatos declarare, eorumque Eccleſias interdicto ſubjicere, non obſtantibus ſpecialibus privilegiis, ne excommunicari, vel aliis cenſuris innodari poſſint.

D I S C. XXX.

Fanen. viſitationis.

De juriſdictione Ordinarii in Eccleſia ſæculari, quamvis per Regulares & exemptos poſſeſſa & officiata, quæ propterea naturam non immutavit, neque Regularis effecta eſt.

D I S C. XXXI.

Mediolanen. interdicti.

De juriſdictione Ordinarii in Regulares exercentes in eorum Eccleſiis functiones Pontificales, & quæ nonniſi ad Epiſcopum, vel ab eo deputandum ſpectare debent; Et an poſſit propterea Epiſcopus eos punire, eorumque Eccleſiam Eccleſiaſtico interdicto ſubjicere.

Et quando Abbates, & Prælati Regulares Pontificalium uſum habentes, poſſint in eorum Eccleſiis baldachinum erigere, ac Pontificali more celebrare.

D I S C. XXXII.

Panormitana.

De juriſdictione, & poteſtate Diœceſani in Regulares, ut quamvis inviti munus audiendi confeſſiones, præſertim Monialium, explere debeant.

Regularium electio, eorumque diſtributio per Monaſteria, in quibus Confeſſarii munus exerceri debeat, an ſpectet ad ipſum Diœceſanum, vel ad Superiores Regulares.

D I S C. XXXIII.

Lauretana Juriſdictionis.

De juriſdictione Cardinalis Protectoris Almæ Domus Lauretanæ privativè ad Epiſcopum, in quibus caſibus locum habeat.

Et an ſub nomine Capellanorum Almæ Domui inſervientium, veniant illi Sacerdotes, qui ſub diurna mercede ibi celebrant, vel ab ejuſdem Domus Miniſtris deputantur ad celebrandas Miſſas pro ſatisfaciendis oneribus eidem incumbentibus.

Sub nomine laboratorum, famulorum & inſervientium, an veniant laboratores & operarii diurni, ac illi qui deputati ſunt ad pulſandas campanas Eccleſiæ; Et an milites Civitatis vulgò nuncupati *di militia*, ex eo quod etiam ipſam Almam Domum cuſtodire & defendere dicantur, veniant ſub nomine familiarium.

D I S C. XXXIV.

Romana juriſdictionis, ſeu tituli Cardinalitii.

De juriſdictione Cardinalium in Eccleſiis ſuorum titulorum, quid importet, & quantum ſe extendat, præſertim verò in illis, in quibus adſunt Regulares, an cum iſtis Cardinalis Titularis aliquam habeat juriſdictionem, & qualem; Et aliqua de exemptione Regularium remiſſivè.

D I S C. XXXV.

Romana Capellæ, ſeu præeminentiarum.

De juriſdictione Cardinalis Protectoris Capellæ Sixtinæ in Eccleſia S. Mariæ Majoris quid importet in concurſu juriſdictionis competentis Cardinali Archipresbytero ejuſdem Eccleſiæ; Et an in functionibus, quæ in Capella fiunt, præeminentiæ juriſdictionales pertineant ad protectorem, vel ad Archipresbyterum.

D I S C. XXXVI.

Anglonen. Competentiæ.

De juriſdictione Nuntii Apoſtolici in Regno Neapolitano cum Regularibus, & exemptis tanquam eorum Commiſſarii Generalis, an ea competat privativè ad Ordinarios locorum in illis caſibus, in quibus Ordinarii, exemptione non obſtante, ſunt Regularium, & exemptorum judices competentes.

D I S C. XXXVII.

Maioricen. Synodus.

An & quando Regulares exempti, eorumque Abbates, & Superiores teneantur accedere ad Synodum diœceſanam, & ad ejuſdem Synodus obſervantiam, itaut ad id per Epiſcopum cogi valeant.

D I S C. XXXVIII.

Feretrana Cathedratici.

De juriſdictione & reſpectivè exemptione Capituli Lateranenſis, & Eccleſiarum in ſolo Lateranenſi exiſtentium, & quam juriſdictionem in eis habeat loci Ordinarius præſertim circa concernentia curam animarum.

D I S C. XXXIX.

Beneventana Eccleſiæ.

De eadem materia exemptionis à juriſdictione Ordinarii Eccleſiarum ſitarum in ſolo Lateranenſi; Et quam juriſdictionem in eis Ordinarius habeat, dicta exemptione non obſtãte; Et de probatione dominii ſoli dictę Eccleſię Lateranenſis.

D I S C. XL.

Frequentina juris viſitandi.

De juriſdictione & facultate Ordinarii ſuper viſitatione ac reviſione computorum Hoſpitalis & Montis Pietatis ſub adminiſtratione laicorum, ac erectorum ſub Regia protectione, præſertim ubi adminiſtratio eſt penes ipſam Communitatem fundatricem, an ita verificetur limitatio de fundatore vivente.

D I S C. LXI.

Papien. Viſitationis Hoſpitalis.

De facultate competente Epiſcopo in vim juriſdictionis ſibi delegatæ per Sacr. Concil. Trident. *ſeſſion. 22. de reformat. capit.* 8. *&* 9. viſitandi Hoſpitalia aliaque pia loca exempta, & revidendi rationes, an procedat quando ſecus in fundatione cautum ſit,

D I S C. LXXII.

Bononien. remiſſionis cauſæ.

An pupillus, vel alia perſona miſerabilis ſuccedens non privilegiato lite jam cœpta in prima iſtantia, poſſit in ſecunda inſtantia uti privilegio *l. unica, C. quando Imperator*, maximè ad effectum avocandi cauſam à Curia Principis, & petendi remiſſionem ad Ordinarium, & immediatum judicem appellationis in provincia exiſtentem.

D I S C. LXXIII.

Romana, ſeu Jannuen. Redditionis Rationum.

De foro in quo reddendæ ſunt rationes, & an illæ activè, vel paſſivè reddendæ ſint in alio loco quam illo geſtæ adminiſtrationis ex privilegio *Eugenianæ*, vel alio privilegio uni, vel alteri competente; Et de materia *l. diffamari, & l. ſi contendat &c.* quando intentans hujuſmodi remedia, dicatur actor, vel reus.

D I S C. LXXIV.

Urbevetana fideicommiſſi.

De connexione cauſarum; Et quando ad unum judicem, coram quo fideicommiſſum canonizatum eſt, remitti debeant omnes cauſæ concernentes bona fideicommiſſaria exiſtentia penès diverſos poſſeſſores.

D I S C. LXXV.

Romana, ſeu Senen. Legati.

De fori competentia ratione rei ſitæ, quando intret contra ipſius rei dominum & poſſeſſorem alibi domicilium habentem; Et aliqua de competentia fori ratione originis.

D I S C. LXXVI.

Romana unionis cauſarum.

An & quando ſit locus unioni cauſarum, illas à pluribus judicibus avocando, & uni committendo.

D I S C. LXXVII.

Fulginaten. ſeu Spoletana.

Quando cauſa civilis præjudicet criminali, itaut unus judex alteri inhibeat, ne in criminali procedere valeat, donec terminetur civilis.

D I S C. LXXVIII.

Romana penſionis domus.

De foro militari, an & quando intret, & quis dicatur judex militum; Et quando milites conveniri poſſint coram judicibus ordinariis.

D I S C. LXXIX.

Romana Teſtamenti.

Cauſa civilis, quando præjudicet criminali, ut judex civilis inhibeat criminali, ut alterius cauſæ exitum expectet: & an & quando per teſtatoris inductionem ad teſtandum ad ejus favorem intrare dicatur delictum, & agi poſſit criminaliter; Et de judice criminali non habente juriſdictionem in civilibus.

D I S C. LXXX.

Jannen. ſeu Ferrarien.

An privilegium electionis, ſeu variationis fori competens viduis, pupillis, aliiſque miſerabilibus perſonis *ex l. unica, C. quando Imperator &c.* locum habeat contra clericos, & perſonas eccleſiaſticas, præſertim qualificatas, puta Epiſcopos, vel Cardinales &c. & qualis ſit Cardinalium forus competens.

Et de privilegiis conceſſis Civitati Ferrariæ, an derogent privilegio *d. legis unicæ*.

D I S C. LXXXI.

Melphinen. ſeu Venuſina.

Cauſa civilis quando dicatur præjudicialis criminali, itaut judex civilis inhibeat, ne in cauſa procedat, civili non terminata; Et an & quando cauſa inciſionis arborum dici poſſit criminalis, itaut talis actus ſapiat delictum punibile.

D I S C. LXXXII.

Romana pretii Caſtrorum.

An juriſdictio per Principem, ſeu alium ſuperiorem alicui delegata, probetur ex ejuſdem delegati aſſertione de vivæ vocis oraculo, & quando huic deferendum ſit.

D I S C. LXXXIII.

Romana concurſus.

De juriſdictione Camerarii Riparum in cauſis mercatorum ripæ, ſeu negotium ripale concernentibus, quomodo & quando competat, & an procedat ubi contẽtio eſt cum Dohanerio ſuper gabella per tabernarium, ſeu Hoſpitem debita, concurrẽte cum mercatoribus ripalibus creditoribus ex cauſa vini, vel mercium, vel potius tanquam in cauſa fiſcali cognitio ſpectet ad Theſaurarium: Et an fiſcus qui venit ad cauſam alteri aſſiſtendo tãquam defenſor neceſſarius, ſeu aliàs habens intereſſe mediatum trahat cauſam ad forum ſuum.

D I S C. LXXXIV.

Leodien. unionis.

An A. C. in ſecunda inſtantia juriſdictionem habeat in cauſis Beneficialibus, & quando iſtæ dicantur tales.

D I S C. LXXXV.

Romana decimæ.

De juriſdictione Theſaurarii Generalis competente ex Conſtitutione 100. Sixti V. Dictique Theſaurarii participatione de decima omnium incamerationum, an procedat in Provinciis & Regionibus extra Italiam, in quibus accidentaliter contingat, eundem Theſaurarium aliquam ſuperioritatem, vel authoritatem habere.

An eadem juriſdictio in eodem loco, vel genere poſſit pluribus eodem tempore competere; Et quando ejus ſpecialis conceſſio uni facta cenſeatur cumulativè ad alterum, vel privativè.

D I S C. LXXXVI.

Arelaten. penſionis.

Ad materiam text. *in l. hæres abſens, ff. de judic.* An ſcilicet & quando hæres pernecelle conveniri debeat pro debitis defuncti in loco ſui domicilii, vel conveniri poſſit in foro defuncti, vel ubi eſt hæreditas, ſeu major pars bonorum.

D I S C. LXXXVII.

Montis Alti, ſeu Maceraten. Fideicommiſſi.

De foro competenti, in quo hæres fideicommiſſo gravatus conveniri poſſit, vel debeat ad ejus reſtitutionem; Et quid de legatis, & fideicommiſſis particularibus; Et aliqua de incompetentia Tribunalis A. C. in prima inſtantia extra Curiam.

D I S C. LXXXVIII.

Tuſculana remiſſionis cauſæ.

An condemnatus in contumaciam per Curiam Baronis, qui juxta Conſtitutiones Pii IV. & Pii V. audiri poteſt, atque ad defenſiones admitti, dummodo ſpontè ſe conſtituat in carceribus illius judicis, qui eum condemnavit, poſſit ſe conſtituere in Curia Principis, & ſic carceribus Gubernatoris Urbis; Et quatenus in iſtis ſe conſtituat, an ſit remittendus ad Curiam Baronis, qui illum condemnavit.

D I S C. LXXXIX.

Romana pecuniaria.

Ad materiam tex. *in l. Roma, ff. ad municipalem*, quando ſcilicet exteri apprehenſi in Curia, cujus forus aliàs eſſet incompetens, poſſint ibi conveniri.

De concordatis Galliæ de non trahendis illis Epiſcopis, Prælatis, aliiſque Eccleſiaſticis ad Curiam quomodo intelligenda ſint; Ac etiam de privilegio conceſſo Epiſcopis venientibus ad viſitanda Limina, ut non poſſint hoc tempore conveniri & moleſtari, quomodo hoc pariter intelligatur.

D I S C. XC.

Maſſanon. Penſionum, ſeu Affictuum.

An poſſidens feuda, vel dominia in diverſis Principatibus, vel ditionibus, poſſit ratione domicilii, quod habet in Urbe, ſive ob perſonalem ejus apprehenſionem, in eadem Curia ibi conveniri pro cauſis & negotiis ſpectantibus ad dicta diverſa dominia in diverſis Principatibus exiſtentia; Et de propoſitione, quod *Romana eſt communis patria*, quando procedat.

D I S. C. XCI.

Romana reviſionis rationum.

An Conſtitutio 74. Sixti V. per quam diſponitur cauſas Regularium ſummariè cognoſcendas eſſe in S. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſita, procedat in cauſis vertentibus inter ipſam Religionem, ſeu Monaſterium, & illum qui aliàs Religioſus, per annullationẽ profeſſionis, ſeu ex alio titulo effectus eſt ſæcularis.

D I S C. XCII.

Lucana Juriſdictionis.

An profeſſores militiarum S. Jacobi de Spata, de Calatrava, de Alcantara, SS. Mauritii, & Lazari & S. Stephani ac ſimilium, ſint veri Religioſi; Et quatenus non, an ſaltem ſint perſonæ eccleſiaſticæ exemptæ à juriſdictione & foro laicali.

Et in ſpecie de militia S. Stephani, an in aliquo ab aliis militiis differat.

D I S C. XCIII.

Volaterana habitus.

An Epiſcopus juriſdictionem, ſeu poteſtatẽ habeat prohibendi uſum veſtium talarium, quibus clerici uti ſolent, ſæcularibus Doctoribus, illas geſtare profitentibus tanquam togam doctoralem.

D I S C. XCIV.

Neapolitana remiſſionis cauſæ.

An & quando clericus conveniri poſſit coram judice laico ſupe bonis, quæ cum ipſius judicis authoritate obtinuit; Et quid ubi tutelam, vel aliud officium ab eo ſuſcepit, ſeu quod ipſa bona coram laico præventa ſint; Et in ſpecie clerici hæredis, qui obtinuit immiſſionem ab bona hæreditaria à judice laico, an coram iſto conveniatur pro debitis hæreditariis, vel legatis.

D I S C. XCV.

Papien. viſitationis Hoſpitalis.

De eadem materia, *de qua diſc.* 41. an ſcilicet & quando intret necnè Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *de refor. c.* 8. *&* 9. ſuper viſitatione Hoſpitalium exemptorum, ac reviſione rationum.

EX SUPPLEMENTO.

D I S C. XCVI.

Baren. Juriſdictionis.

De eadem materia, de qua ſupra, *diſc.* 1. *cum pluribus ſeqq.* ſuper quæſtionibus juriſdictionalibus haberi ſolitis inter Epiſcopos, ſeu Diœceſanos, & Prælatos inferiores, prætendentes habere juriſdictionem ordinariam, ſeu quaſi Epiſcopalem in aliquo loco, ejuſque Clero, & Populo.

D I S C. XCVII.

Benevent. Juriſdictionis.

De eadem materia, de qua *diſc. præcedenti*, ſuper territorio ſeparato Prælati inferioris, & plena juriſdictione Epiſcopali; Et quid in hoc operetur centenaria, vel quadragenaria cum titulo.

D I S C. XCVIII.

Calaritana conceſſionis licentiæ.

An Ordinarius teneatur invitus licẽtiam dare Epiſcopo alterius Diœceſis exercendi juriſdictionem, & pontificalia cum ſuis ſubditis, in ejus Diœceſi, vel territorio; Et qui actus in aliena Diœceſi fieri poſſint ſine dicta licentia; Et incidenter de obligatione reſidentiæ, ad ea, de quibus ſupra, *diſc.* 24.

D I S C. XCIX.

Neapolitana Interdicti.

An Prælatus inferior, qui habeat juriſdictionem in Monaſterio, & Eccleſia exempta, poſſit eandem Eccleſiam interdicto ſupponere; Et incidenter de iiſdem, de quibus ſupra, *diſc.* 26. & in aliis ſuper juriſdictione Ordinarii in Monaſteriis Monialium exemptis.

D I S C. C.

Neapolitana Cenſurarum.

De eadem materia, de qua ſupra, *diſc.* 27. an ſcilicet, & quando Ordinarius ſupponere valeat interdicto particulari Eccleſiam exemptam, & regularem, præſertim hujus Religionis, ſive aliàs proferre cenſuras contra exemptos.

D I S C. CI.

Imolen. Juriſdictionis.

De eadem materia, de qua *diſc. præcedenti*, ac etiam *diſc.* 4. an ſcilicet, & quando Ordinarius procedere poſſit ad cenſuras, aliaſque penas contra exemptos, ratione curæ animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum, aut ob alium caſum cadentem ſub ejus juriſdictione.

D I S C. CII.

Sublacen. ſeu Nullius Monaſterii.

Ad eandem materiam, de qua ſupra, *diſc.* 18. *&* 26. ſuper juriſdictione Ordinarii circa clauſuram Monaſterii Monialium exempti ſub Prælato Regulari, quomodo intelligatur.

D I S C. CIII.

Mediolanen. Avocationis cauſæ.

An, & quando Clericus ratione communionis bonorum, vel jurium cum laico, ſive ratione mixturæ proprii intereſſe, totam cauſam etiam quoad laicum trahat ad ſuum forum.

D I S C. CIV.

Meſſanen. Cenſurarum.

De eodem caſu, eademque materia, de qua ſupra, *diſc.* 29. an ſcilicet, & quando Ordinarius procedere valeat ad cenſuras contra exemptos, qui habeant in ſpecie hoc privilegium, ne cenſuris innodari valeat; Et an in hoc aliqua dignoſcatur differentia inter excommunicationem, aliaſque cenſuras perſonales, & cenſuram localem, nempè interdictum Eccleſiæ.

D I S C. CV.

Baren. Matrimonii.

An mulier, quæ litem habet cum viro ſuper fœdere matrimonii, habeat privilegium electionis fori, tanquam habenda pro vidua, ex eo quod habeat virum inutilem.

D I S C. CVI.

Urbinaten. Pecuniaria.

De foro Fiſci, an conveniat privato, qui à Fiſco cauſam habeat, ſive cum Fiſco intereſſe connexum, ut ceſſare faciat privilegium Curialitatis, quod in Curia *Eugenianæ* dicitur, vel illud *l. unic. C. quando Imperator.*

DISC. CVII.

Florentina Juriſdictionis.

De foro militari, ſive de particulari Magiſtratu militum; an, & quando in cauſis militum juriſdictionem habeat privativam ad alios locorum Magiſtratus, Ordinarios, vel particulares; Et præſertim ad illum Abundantiæ, ſive Annonæ, in cauſis, vel negotiis ad iſtam pertinentibus; Et incidenter de Juriſdictione Præfecti Apoſtolici cum illis, qui in Palatio inſerviunt.

DISC. CVIII.

Romana Juriſdictionis.

De juriſdictione Conſulum, & Tribunalis Artis agrariæ, ſive Agriculturæ, quantum ſe protendat, & an ſit privativa, vel cumulativa.

DISC. CIX.

Florentina Succeſſionis de Franceſchi.

De eadem materia, de qua ſupra, *diſc.87, & d. diſc. 9. de ſucceſſ.* quis nempè dicatur Judex magis competens in quæſtione hæreditatis, vel ſucceſſionis habentis bona ſparſa in diverſis Civitatibus, vel Provinciis, aut Principatibus.

DISC. CX.

Romana Reintegrationis.

An, & quando commiſſio, quæ ſuperveniat Judici ordinario, illum faciat delegatum, ſive commiſſarium, ad effectum ex unâ, vel alterâ qualitate reſultantes; Et aliqua de materia prorogationis juriſdictionis Judicis, aliàs incompetentis.

DISC. CXI.

Romana Appaltus, vel defalchi.

De eadem materia; de qua ſupra, *diſc.83.* an ſcilicet in Appaltibus, aliiſque rebus pertinentibus ad gabellam, aliaque jura pertinentia ad Cameram Populi Romani procedendum ſit cum eodem ordine cauſarum fiſcalium, ſeu Cameralium, ut in Tribunalibus Camerarii, & Cameræ cognoſci debeant; Et quid, ubi Camerario ſupervenerit commiſſio Papæ, ut propterea delegatus cenſendus veniat, an ab ipſo appelletur ad Cameram.

DISC. CXII.

Romana, ſeu &c.

De juriſdictione laicorum in Clericos non incidentes in habitu; Et an ex decreto Concilii *ſeſſ.23. de reform. c.6.* ob non inceſſum in habitu, & tonſura, reſultet privatio privilegiorum Clericalium non ſolùm quoad forum, ſed etiam quoad alia.

DISC. CXIII.

Bononien. Tranſactionis.

De eadem materia, de qua ſupra, *diſc.68,* appellationis nempè à denegata juſtitia, ſive à negligentia, ad terminos decreti Concilii Tridentini *in cap. cauſæ omnes &c.*

Et de recuſatione Tribunalis Rotæ in cauſis conſanguineorum, vel affinium alicujus Auditoris, quando intret, necnè.

DISC. CXIV.

Viterbien. Juriſdictionis.

An perſonis miſerabilibus detur electio, ſeu variatio fori in eodem loco à foro ſæculari, vel Eccleſiaſtico, & quando; Et de caſibus, in quibus Epiſcopus ſit Judex competens ſæcularium, & in cauſis ſæcularibus.

DISC. CXV.

Majoricen. Fructuum, ſeu Diſtributionum.

Qualem juriſdictionem habeat exequutor in partibus deputatus in exequutorialibus A.C. vel alterius Tribunalis Curiæ.

Et qualem juriſdictionem in civilibus habeat Judex criminalis ejuſdem Tribunalis A. C. Et incidenter quales dicantur fructus Canonicatus, & quales diſtributiones quotidianæ.

DISC. CXVI.

Romana Juriſdictionis.

De Juriſdictione, & poteſtate Collegii Cardinalium Sede vacante.

DISC. CXVII.

Romana Caſtri Orciani.

An, & quam juriſdictionem habeant Judices delegati Sede Papali vacante, & preſertim Auditores Rotæ; Et an citatio ad dicendum contra commiſſionem, ſit præcisè neceſſaria ad inducendam, & firmandam juriſdictionem.

INDEX CAUSARUM

Primæ Partis Tertii Libri de Juriſdictione &c. ordine alphabetico juxta earum Diœceſes.

A

Acernen. Reſidentiæ & Vicarii, diſc.24.
Albanen. diſc.70.
Seu Pedemontana bonorum, diſc.63.
Algaren. Juriſdictionis, diſc.49.
Amalphitana Juriſdictionis, diſc.21.
Anglonen. Competentiæ, diſc.36.
Juriſdictionis, diſc.9.
Remiſſionis cauſæ, diſc.57.
Aprutina Juriſdictionis, diſc.11.
Aquilana Juriſdictionis, diſc.17.
Arelaten. penſionis, diſc.86.
Aſtoricen. ſeu Nullius Juriſdictionis, diſc. 7.

B

Barchinonen. ſeu Nullius deputationis Vicarii, diſc.54.
Baren. Juriſdictionis, diſc.96.
Matrimonii, diſc.105.
Beneventana Eccleſiæ, diſc.39.
Seu Nullius Juriſdictionis, diſc.12.
Synodus, diſc.56.
Beneventana Juriſdictionis, diſc.97.
Bononien. Tranſactionis, diſc.113.
Bononien. Cenſus, diſc.51.
Denegatæ Juſtitiæ, diſc.68.
Remiſſionis cauſæ, diſc.72.
Bovinen. diſc.46.

C

Calaritana Conceſſionis licentiæ, diſc. 98.
Campanien. Juris viſitandi, diſc.27.
Colonien. Monaſterii S. Cornelii ad Indam, diſ.28.
Seu Nullius exemptionis, diſc.25.
Converſana Juriſdictionis, diſc.2.
Cotronen. Cenſurarum, diſc.47.
Cuſentina Juris paſcendi, diſc. 48.

Eugu-

E

Eugubina Legati, diſc.44.
Viſitationis, diſc.43.

F

Fanen. Viſitationis, diſc.30.
Faventina Juriſdictionis, diſc.4.
Feretrana Cathedratici, diſc.38.
Firmana Juriſdictionis, diſc.14.
Molendini, diſc.58.
Forentina Conſervatorii, diſc.45.
Florentina Juriſdictionis, diſc.107.
Succeſſionis de Franceſchis, diſc.109.
Florentina Juris viſitandi, diſc.40.
Fulginaten. ſeu Spoletana, diſc.77.

H

Hiſpalen. Juriſdictionis, diſc.8.

I

Januen. ſeu Ferrarien. diſc.80.
Imolen. Juriſdictionis, diſc.102.

L

Lauretana Juriſdictionis, diſc. 33.
Leodien. Unionis, diſc.84.
Lucana Juriſdictionis, diſc.92.
Lunen. Sarzanen. Juriſdictionis, diſc.10.

M

Maceraten. Cenſurarum, diſc.67.
Seu Tolentina Juriſdictionis, diſc.6.
Majoricen. fructuum, ſeu diſtributionum, diſ.115.
Majoricen. Synodus, diſc.37.
Marſicana Juriſdictionis, diſc.18.
Marſicen. Juriſdictionis, diſc. 13.
Maſſanen. penſionum, ſeu affictuum, diſc. 90.
Materanen. Cenſurarum, diſc.65.
Mediolanen. Avocationis Cauſæ, diſc.103.
Mediolanen. bonorum, diſc. 60.
Fideicommiſſi, diſc.59.
Interdicti, diſc.31.
Melevitana electionis fori, diſc.69.
Melphien. ſeu Venuſina, diſc.81.
Meſſanen. Cenſurarum, diſc.104.
Meſſanen. diſc.29.
Montis Alti, ſeu Maceraten. fideicommiſſi, diſc.87.
Mutinen. ſeu Carpen. collationis Ordinum, diſ.16.

N

Nazarena, ſeu Tranen. Juriſdictionis, diſc.20.
Neapolitana Cenſurarum, diſc.100.
Neapolitana donationis, diſc. 62.
Juris viſitandi Monaſterium, diſc.26.
Interdicti, diſc.99.
Remiſſionis cauſæ, diſc. 94.
Neritonen. Juriſdictionis, diſc.55.
Nullius, ſeu Aprutina, diſc.64.

P

Panormitana, diſc. 32.
Papien. viſitationis Hoſpitalis, diſc.41.
Eadem, diſc.95.
Policaſtren. diſc.19.
Pragen. diſc. 52.

R

Romana Appaltus, vel defalchi, diſc. 111.
Capellæ, ſeu præeminentiarum, diſc. 35.
Caſtri Orciani, diſc.117.
Concurſus, diſc.83.
Decimæ, diſc.85.
Juriſdictionis, ſeu Tituli Cardinalitii, diſc. 34.
Juriſdictionis, diſc.108.
Juriſdictionis, diſc.116.
Seu Senen. legati, diſc.75.
Seu Anconitana pecuniaria, diſc.71.
Pecuniaria, ſeu prætenſæ declinationis fori, diſc.89.
Penſionis domus, diſc.78.
Pretii Caſtrorum, diſc.82.
Seu Januen. redditionis rationum, diſc. 73.
Reintegrationis, diſc.100.
Reviſionis rationum, diſc.91.
Seu &c. diſc. 112.
Teſtamenti, diſc.79.
Unionis cauſarum, diſc. 76.

S

Sancti Severini Parochialis, diſc.15.
Sublacen. ſeu Nullius, diſc.102.

T

Tarentina cenſurarum, diſc.66.
Juriſdictionis, diſc.23.
Terracinen. Juriſdictionis, diſc.50.
Theatina Juriſdictionis, diſc.5.
Tiraſonen. Juriſdictionis, diſc.22.
Toletana Juriſdictionis, diſc. 1.
Tranen. diſc.61.
Tudertina, diſc.42.
Tuſculana remiſſionis cauſæ, diſc. 88.

V

Venuſina, *Vide* Melphien.
Viterbien. Juriſdictionis, diſc.53.
Viterbien. Juriſdictionis, diſc.114.
Volaterrana habitus, diſc.93.
Urbevetana fideicommiſſi, diſc. 74.
Urbitanen. Pecuniaria, diſc. 106.
Vulturarien. Juriſdictionis, diſc.3.

IN-

INDEX ARGUMENTORUM
IN DISCURSIBUS

Qui habentur in Secunda Parte Tertii Libri de Præeminentiis, & Præcedentiis, ſub quibus de jure Cathedratico, Metropolitico, Nobilitate, Civitate, & aliis juribus honorificis.

DISC. I.

Urbinaten. juris metropolitici.

An, & quando erectio alicujus Eccleſiæ Metropolitanæ in parte effectuata, ceſſet in aliqua Eccleſia ſuffraganea, ob non uſum, ſeu ob alias particulares circumſtantias inducentes defectum intentionis Papæ; Et aliqua de Provincia Romana intra ambitum 100. milliarium, An in ea detur aliquis Metropolitanus.

DISC. II.

Sypontina cathedralitatis.

De probatione Cathedralitatis alicujus Eccleſiæ, vel æquè principaliter cum altera Cateedrali unitæ, vel æquè principaliter concurrentis cùm altera ad unam Cathedram efformandam, ſeu conſtituendam; Et de probationibus, & ſignis Cathedralitatis.

DISC. III.

Cæſaraugustana cathedralitatis.

De eadem materia juris Cathedratici, ejuſque ſignis, & adminiculis, Et quando de antiqua Cathedralitate alicujus Eccleſiæ conſtare dicatur.

DISC. IV.

Eadem.

Poſita antiqua Cathedralitate unius Eccleſiæ, & moderna actuali Cathedralitate alterius, An dicta antiqua cathedralitas ceſſaverit, vel potiùs continuare cenſeatur, eaque actualiter exiſtere in utraque; Et de compatibili concùrſu duorum, vel plurium capitulorum naturaliter, & de facto diſtinctorum, ad efformandam unam Eccleſiam formalem, vel reſpectivè unum capitulum; Et quid concurrente diverſa natura, quia unum capitulum ſit ſæculare, alterum Regulare; Et aliqua de ſententia & re judicata, quando lata ſuper uno puncto capiat alterum, nempè an lata ſuper cathedralitate antiqua, firmare dicatur ejuſdem cathedralitatis continuationem, & actualitatem.

DISC. V.

Eadem.

Poſita cathedralitate plurium Eccleſiarum ſimul concurrentium ad unam cathedralem efformandam, An una Eccleſia; vel ejus capitulum præſcribere poſſit privativè ad alteram majores prærogativas, ac exercitium Jurium cathedraticorum, Et quid quoad capitula in utraque exiſtentia, An dari poſſit, quod capitulum exiſtens in una dicatur capitulum utriuſque Eccleſiæ, itaut alterum capitulum exiſtens in altera conſtituat ſolum Collegium inferius, ac diverſum à capitulo Cathedralis.

Et quatenus utrumque Capitulum ſit ejuſdem qualitatis, itaut unum, & idem Capitulum Cathedralis conſtituat, ac utriuſque Eccleſiæ, & Capituli reſpectivè jura ſint æqualia, Quomodo eorumdem jurium poſſeſſio, & exercitium dividi debeant, vel qui melior eſſet modus hujuſmodi controverſias terminandi, & componendi.

DISC. VI.

Burgen, erectionis cathedralis.

De diviſione alicujus territorii, vel Diœceſis ob ejus amplitudinem, & populorum incommoditatem, Ac de erectione novæ Cathedralis; Et de cauſis, ſeu requiſitis ad id neceſſariis, & quorum oppoſitio in propoſito attendenda ſit.

DISC. VII.

Ampurien. & Civitaten. unionis Cathedralium.

De unione duarum Cathedralium, ſeu Epiſcopatuum, quando dicatur æquè principaliter, itaut utraque retineat ejus præeminentias, & juriſdictiones, vel potiùs una dicatur alteri unita acceſſoriè, & ſubjectivè; Et quatenus ab initio ſit æquè principaliter, an tractu temporis per obſervantiam effici valeat ſubjectiva. Et de effectibus ex una, vel altera ſpecie unionis reſultantibus, præſertim; An clerus unius diœceſis evocari poſſit ad Synodum, quæ in altera per Epiſcopum celebratur; Et Sede vacante, quatenus unius Capitulum actualiter diſſolutum ſit, & non extet, An deputatio Vicarii aliorumque officialium ſpectet ad Capitulum alterius, vel potius ad Metropolitanum, Et de aliis effectibus ex una, vel altera ſpecie unionis reſultantibus.

DISC. VIII.

Aliphana Collegiatæ.

Quando Eccleſia dicatur Collegiata ex ſolis ſignis non docto de erectione, Ad quem pertineat collegiatas erigere; Et an iſta facultas competat Ordinario, & quatenus conſter de Collegialitate, an & quando dici poſſit collegiata inſignis, & de iſtius requiſitis.

DISC. IX.

Meſſanen. erectionis Collegiatæ.

Erectio collegiatæ an concedenda ſit Eccleſiæ filiali, ſeu inferiori in præjudicium Eccleſiæ Matricis, ſeu dignioris, Et quatenus conceſſa ſit, quæ requirantur pro hujuſmodi conceſſionis juſtificatione & exequutione, Et de effectibus exindè reſultantibus.

DISC. X.

Mediolanen. electionis.

An & quando uni Eccleſiæ collegio, Confraternitati, vel perſonæ competat jus, ſeu præeminentia impediendi alteram, ne eaſdem celebret ſolemnitates, ſeu eadem utatur denominatione, vel titulo, alioſque actus præeminentiales conſimiles exerceat.

DISC. XI.

Aſſiſien. oblationum.

De præeminentia quam Conventuales habent celebrandi ſolemnitatem Portiunculæ in Eccleſia S. Mariæ Angelorum, & percipiendi oblationes eadem die in ea Eccleſia factas, Et an hoc jus percipiendi oblationes dicatur de congruo cõpenſabile cum conſimili emolumẽto pecuniario in aliis effectibus aſſignatis. Et aliqua de dominio, & pertinentia hujuſmodi oblationũ in Eccleſiis Minorũ.

DISC.

DISC. XII.

Neapolitanna Capellæ.

An patroni laici, ſive capellani, & miniſtri particulares alicujus capellæ exiſtentis in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, jus habeant prohibendi Canonicis, & capitulo ejuſdem Eccleſiæ ingreſſum in capellam cum habitu, & præeminentia canonicali, & ne actus præeminentiales ibi exercere valeant.

DISC. XIII.

Romana protectionum.

Sub nomine Cardinalium *de familia*, *parentela*, *vel ſanguine Pontificis Sixti V.* Fundatoris, tales Cardinales vocantis ad protectionem, aliaſque præeminentias ejus capellæ Sixtinæ; An veniant attinentes per cognationem, qui naturaliter ſint de ſanguine, & parentela, non autem de familia, & agnatione; Et quid de illis qui ſunt de familia, ficta, ſeu artificiali per aſſumptionem, ſeu aggregationem, aut adoptionem; Et quando hæc fieri poſſit; & operativa ſit in tertii præjudicium, itaut adoptati, vel allecti *dicantur de familia ad omnes effectus*.

DISC. XIV.

Tiraſonen. pontificalium.

De Indulto Apoſtolico conceſſo inferiori Prælato ſuper uſu Pontificalium, An & quando amittatur, per non uſum, & cui incumbat onus probandi uſum affirmativum, vel reſpectivè negativum; Et quomodo hujuſmodi Indulta intelligenda, & practicanda ſint.

DISC. XV.

Romana uſus pontificalium.

De decretis generalibus Sacrę Congregationis Rituum reſtringentibus ad certas ſolemnitates, ſeu certa anni tempora uſum pontificalium in Abbatibus, & Prælatis Regularibus quando procedat, Et an ab illis excepta ſit Eccleſia Sancti Pauli de Urbe.

DISC. XVI.

Pragen. præcedentiæ.

De precedentia inter Epiſcopum Provincialem, ſeu ſuffraganeum in propria provincia, & Archiepiſcopum titularem, qui ſit Vicarius, ſeu coadjutor in pontificalibus, vulgò ſuffraganeus Archiepiſcopi metropolitani in Pontificalibus, an ſcilicet ipſa dignitas Archiepiſcopalis non obſtante muneris diverſitate cauſet præcedentiam ſupra Epiſcopum.

DISC. XVII.

Ampurien. & Civitaten. præcedentiæ.

Canonici Cathedralis aſſociantes Epiſcopum in viſitatione, ſeu alia occaſione ſibi aſſiſtentes, An præcedant in Eccleſia Collegiata ejuſdem Eccleſiæ capitulum & Dignitates, ſive in alia Eccleſia Parochum, aut proprium Prælatum, & rectorem.

DISC. XVIII.

Majoricen. præcedentiæ.

An, & quando Vicarius Generalis Epiſcopi in Choro aliiſque functionibus precedat capitulum Cathedralis, ejuſque Dignitates, & Canonicos, vel potiùs è converſo eis locum cedere debeat.

DISC. XIX.

Majoricen. functionum.

De functionibus Pontificalibus, vel majoribus, quæ abſente, vel impedito Epiſcopo pertinent ad Archidiaconum, ſeu primam dignitatem, An ex conſuetudine ſint ad diſpoſitionem capituli, itaut faciendæ ſint per capitularem ab eo deputatum; Et de ſtylo Sacræ Congregationis ſuper conceſſione remiſſoriæ ad probandas hujuſmodi conſuetudines primæ dignitati præjudiciales.

Item jus adminiſtrandi Sacramenta Epiſcopo infirmo, eique mortuo faciendi exequias, ad quem pertineat, An ad Parochum, vel ad capitulum, ſeu primam dignitatem cathedralis.

DISC. XX.

Parmen. præcedentiæ.

De præcedentia inter Archidiaconum, & Archipresbyterum, & ad quem reſpectivè pertineat, abſente, vel impedito Epiſcopo, majores, ac pontificales functiones peragere; Et an hodiè hujuſmodi præeminentiæ competat ratione ipſius Archidiaconalis, ſeu Archipresbyteralis dignitatis, vel potius ratione primæ dignitatis, quocumque vocabulo nuncupetur.

DISC. XXI.

Parmen. funerum.

De præeminentiis debitis parocho in funeribus ſuorum parochianorum, An locorum habeant in funere capitulari, & ſolemni, in quo interveniat capitulum Cathedralis; Et quatenus non, An idem procedat, ſi non interveniat dictum capitulum, ſed tantùm una dignitas, cum Collegio Beneficiatorum.

DISC. XXII.

Calaritana funerum.

An capitulo Cathedralis interveniente in funere, quod celebratur in Eccleſia Regularium, præeminentia faciendi officium pertineat ad Prælatum Regularem in propria Eccleſia, vel potiùs ad digniorem de capitulo.

DISC. XXIII.

Forolivien. præcedentiæ.

De præcedentia, aliiſque præeminentiis inter capitulum Cathedralis & Magiſtatum ſæcularem civitatis, quando utrumque corpus intervenit collegialiter, Et quid inter ſingulos Canonicos, & Decuriones.

DISC. XXIV.

Romana præcedentiæ.

De quæſtione præcedentiæ in proceſſionibus aliiſque functionibus, inter Canonicos Regulares Sancti Salvatoris, & Monachos Caſſinenſes, Et an dicti Canonici, clericorum, vel Monachorum jure cenſendi ſint; Et de præcedentia debita Clericis ſupra Monachos, ac de non interſecando unum ordinem ſæcularem cum altero Regulari.

DISC. XXV.

Salernitana præcedentiæ.

An præcedentia quæ ratione antiquitatis competit uni Monaſterio alicujus Religionis, competat etiam aliis ejuſdem Religionis Monaſteriis modernioribus adverſus alias Religiones, quæ medio tempore inter unum, & alterum eorum Monaſteria in loco fundarunt.

DISC. XXVI.

Baren. Throni, ſeu baldachini.

An feudatariis, & Baronibus habentibus titulum, ſeu dignitatem, liceat in ſuorum feudorum Eccleſiis habere Thronum elatum, ſeu baldachinum; Et an ea quæ in jure ſive ex ceremoniali diſponuntur de præeminentiis, Ducum, Marchionum, & Comitum, conveniant hujuſmodi Baronibus dictos reſpectivè titulos habentibus.

DISC.

D I S C. XXVII.

Peruſina ſedilis, ſeu ſcamni.

Conceſſio ſedilis in certo loco Eccleſiæ, An fieri poſſit per Prælatum inferiorem, ſæcularibus irrevocabiliter; Et quatenus fieri poſſit, an cenſeatur perſonalis extinguenda cum ipſa perſona, vel ſit ceſſibilis, aut tranſmiſſibilis etiam in extraneos.

D I S C. XXVIII.

Romana indulti, ſeu exemptionis.

Præeminentiæ, exemptiones, aliaque privilegia competentia alicui Tribunali, ejuſque officialibus, an competant illi, qui electus ad officium, antequam adimpleat adimpleri ſolita, atque ad Tribunal, ſeu Collegium admittatur, per eumdem Principem transferatur ad majus officium, ſeu dignitatem; Et in ſpecie de privilegiis conceſſis Auditoribus Rotæ, an competant ei, qui electus Rotæ Auditor, antequam ſedeat in Tribunali, creatur Epiſcopus.

D I S C. XXIX.

Pampilonen. decimarum de Taffalla.

An antiquæ præeminentiæ, prærogativæ, aliaque privilegia competentia alicui Regno, Provinciæ, vel civitati, ceſſent per unionem, ſeu annexionem alteri Regno, Provinciæ, vel Civitati reſpectivè, vel potiùs hoc non obſtante durent, & in priori ſtatu perſeverent; Et in ſpecie, an ſub nomine Regnorum Caſtellæ, & Legionis veniat Regnum Navarræ illi Coronæ annexum.

D I S C. XXX.

Fulginaten. juris honorifici.

De præeminentiis, ſeu prærogativis Decurionum & Conſiliariorum Civitatis, præſertim an ſint nobiles privativè ad alios cives; Et aliqua de titulorum, ſeu adjectorum ſignificatione & uſu; Et an iſte poſſit, vel debeat prohiberi.

D I S C. XXXI.

Forolivien. admiſſionis ad Conſilium.

Statuta Civitatum diſponentia in locum Decurionis, ſeu conſiliarii defuncti, ſubrogari debere ejus filium, vel conjunctum habentem certas qualitate examinandas à Conſilio, cui competat jus admittendi, vel rejiciendi, An ſint præciſè arctativa, itaut Conſilio rejiciente concurrentem ex defectu qualitatum, detur appellatio, ſeu recurſus, taliſque defectus formiter juſtificari debeat necne, Et quid ubi duo adeſſent Conſilia, unum particulare, alterum generale, rejectio autem fiat à particulari. An detur recurſus ad generale.

D I S C. XXXII.

Melevitana, ſeu Valentina habitus.

De nobilitate generoſa neceſſaria ad habitum militum Juſtitiæ Religionis Hieroſolymitanæ, quomodo probari debeat, Et quatenus juxta conſueta requiſita probata ſit, an illi obſtet, ſeu præjudicet qualitas patriæ, quia nempè ſit parvus locus, ſeu Baronalis, ſive quod non habeat ſeparationem Nobilium à popularibus; Et de civibus honoratis Hiſpaniæ, An dicantur habere nobilitatem generoſam ſufficientem ad hunc habitum obtinendum; Et incidenter de qualitate Baronali, ſeu infeudatione plurium nobilium Civitatum & locorum Regni Neapolitani aliarumque regionum, quod nobilitati præjudicare non debeat.

D I S C. XXXIII.

Melevitana, ſeu Hiſpalen. habitus.

De eadem materia nobilitatis generoſæ requiſitæ ad militiam juſtitiæ in Religione Hieroſolymitana, & an illi aliàs probatæ obſtet qualitas, ſeu exercitium mercaturæ, & quando. Et de alio requiſito puritatis ſanguinis quomodo juſtificari debeat. Et an & quando admiſſio germani fratris ad conſimilem militiam eadem requiſita exigentem, firmet ſtatum, & inducat juſtificationem requiſitorum.

D I S C. XXXIV.

Melevitama, ſeu Aquilana habitus.

De eadem materia Nobilitatis generoſæ, ejuſque requiſitorum pro habitu Juſtitiæ in Religione Hieroſolymitana, Et quæ ſpecies mercaturæ illi præjudicet, Et aliqua de ordine tenendo in appellatione à ſententiis dictæ Religionis ejuſque Conſiliorum.

D I S C. XXXV.

Venuſina præeminentiarum.

An Doctores, vel profeſſores in legibus & medicina, eorumque filii dicantur nobiles, ad effectum, ut potiri debeant nobilium prærogativis; Et quid de Canonicis Cathedralis. Et de variis nobilium, ac nobilitatis ſpeciebus.

Et de antiquo Venuſinæ Civitatis ſtatu, & præeminentiis.

D I S C. XXXVI.

Eugubina Abbatiæ.

De materia civilitatis, tam veræ & naturalis, quàm fictæ per privilegium, ſeu allectionem, & de utriuſque concurſu, An ſcilicet Cives allecti, & per fictionem ſint capaces officiorum & munerum in concurſu Civium per veritatem & naturam; Et de ſignificatione verbi, *Natio*, ſeu verbi *Patria*, & qui propriè dicantur nationales, ſeu patriotæ.

D I S C. XXXVII.

Britinorien. ſeu fori Pompilii bonorum.

Civilitas naturalis, vel domiciliaria, An & quando admittatur per diſceſſum à loco, vel potiùs retineatur, etiam ad effectum capacitatis acquirendi vel retinendi bona forenſibus prohibita; Et de aliis ad materiam civilitatis ſuper conſtitutionibus, vel ſtatutis inhabilitantibus forenſes ad retinenda bona.

D I S C. XXXVIII.

Fanen. admiſſionis ad Conſilium.

Diſponente ſtatuto, ut cives allecti, ſeu aggregati teneantur infrà annum acquirere in Civitate, vel territorio domum, vel prædium. An civilitas ad formam ſtatutorum conceſſa ſuffragetur, vel potius evaneſcat ſi dictum implementum non ſequatur in tempore, quamvis poſtea.

Pendente lite ſuper civilitate, vel munere Conſiliarii, ſi ea pendente litigans extrahatur à buſſolo, An debeat admitti ad adminiſtrationem, vel potius poſſit prohiberi.

Et aliqua de intelligentia Statuti Fanenſis ſuper capacitate, & qualitatibus eorum, qui debent aſſumi ad munus conſiliarii, Ac de ſubreptione, & nullitate indulti Apoſtolici ſuper dicto munere, ſeu loco conſiliarii, Et quibus competat jus opponendi de hoc defectu.

D I S. C. XXXIX.

Ferrarien. regiminis ſtudiorum.

An Conſilium generale repreſentativum totius populi, ſeu civitatis, cui ex legibus competat aliqua adminiſtratio, vel præeminentia poſſit iſtam concedere, & demandare Magiſtratui particulari, & quatenus poſſet an ſit quandocumque revocabilis necnè; Et de ejuſdem juris exercitio pœnes aliquos de corpore univerſali reſidente, quamvis ipſum jus habituale pœnes totum corpus reſideat.

D I S C. XL.

Romana imaginis, ſeu conceſſionis ſitus.

An laici adminiſtratores piorum locorum habere poſſint dominium imaginum, & reliquiarum exiſtentium in aliqua Eccleſia privativè ad clericos eidem Eccleſiæ inſervientes; Vel quale jus, ſeu præeminentia hujuſmodi laici competat.

Et quid importet jus honorificum, vel præeminentia competens fundatori, vel reſtauratori alicujus Eccleſiæ; Et quando per reſtaurationem acquiratur necne præeminentia patronalis.

E X S U P P L E M E N T O.

D I S C. XLI.

Neapolitana Præeminentiarum.

An Canonicus, qui accidentaliter ſit Epiſcopus Titularis, debeat præcedere primam Dignitatem, ſive primum Canonicum, ac facere functiones ad ipſum pertinentes, majoreſque habere prerogativas, & honorificentias, quàm alii Canonici; Et incidenter de lucro diſtributionum, quando interveniat in Sede Canonicali tanquam Canonicus.

D I S C. XLII.

Chaſſanen. Præeminentiarum.

De aliquibus quæſtionibus præeminentiarum, vel præcedentiæ in Proceſſionibus, aliiſque functionibus inter Clericos, vel Rectores diverſarum Eccleſiarum.

D I S C. LXIII.

Tranen. Præcedentiæ.

De præcedentia inter Rectores, vel Clericos Eccleſiarum in proceſſionibus, & funeribus, & quomodo ea regulanda ſit.

D I S C. XLIV.

Chaſſanen. Sedis.

De præeminentia, quæ Baroni, ſeu Domino temporali debeatur in Eccleſia; Et an eadem potiri debeat ejus Vicarius, vel ſubſtitutus.

D I S C. XLV.

Nullius Præeminentiarum.

An Comites, vel Marchiones ex ſolo privilegio alicujus Principis abſque actuali feudo nobili cum vaſſallis, & juriſdictione gaudeant Comitum, & Marchionum præeminentiis, præſertim in diverſo Principatu.

D I S C. XLVI.

Neapolitana Præcedentiæ.

De præcedentia inter Theſaurarium generalem Regni, & Tribunal Cameræ Regiæ, & præſertim Decanum, & in Conſilio Collaterali, ſive in aliis ſeſſionibus, & functionibus.

D I S C. XLVII.

Mutinen. Præcedentiæ.

De ordine, ſeu præcedentia in ſubſcribendo, & quando junior, vel minus dignus præcedere debeat ſeniorem, vel magis dignum.

D I S C. XLVIII.

Aſculana diſtributionis officiorum.

De muneribus, & officiis civitatis, an æqualiter inter cives tam nobiles, quam populares diſtribui debeant; Vel potiùs ſolis nobilibus debita ſint; Sive quando hæc diſtributio, vel imbuſſolatio nobilitatem probet, ac nobiles à popularibus diſtinguat; Et de differentia inter officia debita omnibus nobilibus in genere, & ea quæ reſtricta ſint ad nobiles certarum familiarum privativè ad aliàs perſonas etiam nobiles.

D I S C. XLIX.

Melevitana habitus, ſeu admiſſionis ad profeſſionem.

An Religio Hieroſolymitana recuſare poſſit admittere ad profeſſionem illum, qui jam ſuſceperit habitum juſtitiæ ob ſuperventam infirmitatem.

D I S C. L.

Burgen. erectionis Cathedralis.

De eodem caſu, eademque materia, de quibus ſupra *diſc.6.* ſuper erectione novæ Cathedralis cum diſmembratione partis territorii alterius.

D I S C. LI.

Vigilien. Collegialitatis.

De eadem materia probationis Collegialitatis, de qua ſupra *diſc.* 8. quando non habeatur expreſſa erectio.

D I S C. LII.

Montis Caſſini Præcedentiæ.

An, & quando contra ea, quæ habentur ſupra *diſc.* 20. Regulares in proceſſionibus, aliiſque functionibus præcedentiam habeant ſupra Canonicos, & Clericos Sæculares; Et incidenter de materia Cathedralitatis, quando illa adeſſe dicatur in aliqua Eccleſia.

D I S C. LIII.

Cracovien. Coronationis Regis.

An, & quando Metropolitanus exercere poſſit Pontificalia in Eccleſia ſuffraganea ſine licentia proprii Ordinarii, & præſertim ubi agatur de functione coronationis Regis, vel alia ſimili, puta funeris Regis.

D I S C. LIV.

Tuſculana Habitus.

An prima dignitas Cathedralis deferre valeat habitum diverſum à Canonicis deferendo nempè rocchettum, & mantellettam; & quando deferat cottam ſine mantelletta, an poſſit etiam deferre rocchettum; & generaliter de Canonico qui ſit Protonotarius.

INDEX CAUSARUM

Ordine alphabetico juxta earum diœceſes.

A

Aliphana Collegiatæ, diſc. 8.
Ampurien. & Civitaten. unionis Cathedralium, diſc. 7.
Aſculana diſtributionis officiorum, diſc. 48.
Præcedentiæ, diſc. 17.
Aſſiſien. oblationum, diſc. 11.

B

Baren. throni, ſeu baldacchini, diſc. 26.
Britinorien. ſeu fori Pompilii bonorum, diſc. 37.
Burgen. erectionis Cathedralis, diſc. 6.
Burgen. erectionis Cathedralis, diſc. 50.

C

Calaritana funerum, diſc. 22.
Cæſarauguſtana Cathedralitatis, diſc. 3.
Eadem, diſc. 4.
Eadem, diſc. 5.
Chaſſanen. Præeminentiarum, diſc. 42.
Sedis, diſc. 44.
Cracovien Coronationis Regis, diſc. 53.

E

Eugubina Abbatiæ, diſc. 36.

F

Fanen. admiſſionis ad conſilium, diſc. 38.
Ferrarien. regiminis ſtudiorum, diſc. 39.
Forolivien. admiſſionis ad conſilium, diſc. 31.
Præcedentiæ, diſc. 23.
Fulginaten. juris honorifici, diſc. 30.

M

Majoricen. præcedentiæ, diſc. 18.
Functionum, diſc. 19.
Mediolanen. erectionis confraternitatis, diſc. 10.
Melevitana habitus, ſeu admiſſionis ad Profeſſionem, diſc. 49.
Seu Aquilana habitus, diſc. 34.
Seu Hiſpalen. habitus, diſc. 33.
Seu Valentina habitus, diſc. 32.
Meſſanen. erectionis collegiatæ, diſc. 9.
Montis Caſſini Præcedentiæ, diſc. 52.
Mutinen. Præcedentiæ, diſc. 47.

N

Neapolitana Capellæ, diſc. 12.
Præcedentiæ, diſc. 46.
Præeminentiarum, diſc. 41.
Nullius Præeminentiarum, diſc. 45.

P

Pampilonen. decimarum de Taſſalla, diſc. 29.
Parmen. funerum, diſc. 21.
Præcedentiæ, diſc. 20.
Peruſina ſedilis, ſeu ſcamni, diſc. 27.
Pragen. præcedentiæ, diſc. 16.

R

Romana imaginis, ſeu conceſſionis ſitus, diſcurſ. 40.
Romana indulti, ſeu exemptionis, diſc. 28.
Præcedentiæ, diſc. 24.
Protectionum, diſc. 13.
Uſus Pontificalium, diſc. 15.

S

Salernitana præcedentiæ, diſc. 25.
Sypontina Cathedralitatis, diſc. 2.

T

Tiraſonen. Pontificalium, diſc. 14.
Tranen. præcedentiæ, diſc. 43.
Tuſculana habitus, diſc. 54.

V

Venuſina præeminentiarum, diſc. 25.
Vigilien. Collegialitatis, diſc. 51.
Urbinaten. juris metropolitici, diſc. 1.

JO. BA-

JO. BAPTISTÆ CARD. DE LUCA

Libri Tertii Pars Prima,

DE JURISDICTIONE, ET FORO COMPETENTI.

TOLETANA JURISDICTIONIS

PRO MAGNO PRIORE CASTELLÆ ET LEGIONIS ORDINIS S. JOANNIS JEROSOLYMITANI,

CUM ARCHIEPISCOPO.

Caſus deciſus per Rotam, pro Archiepiſcopo.

De controverſia juriſdictionis ſpiritualis, tam ordinariæ, quàm delegatæ; inter Epiſcopum, & Prælatum inferiorem, tam in locis exemptis, quàm nullius, & de territorio ſeparato. Et quomodo territorium ſeparatum probari dicatur, Et de diſtinctione plurium ſpecierum Prælatorum inferiorum, eorumque juriſdictionis, Ac de intelligentia privilegiorum, quæ ſuper exemptione à locorum Ordinariis competunt Regularibus, & Religionibus, præſertim verò illis S. Joannis Jeroſolymitani.

S U M M A R I U M.

1 *Controverſiæ juriſdictionales in Curia frequentes, & quomodo illæ decidendæ ſint.*
2 *Facti ſeries, ſeu caſus controverſiæ.*
3 *Totus Orbis ſub Dionyſio diviſus eſt in Diœceſes, & quid ſit Diœceſis.*
4 *Antiquitus non dabatur locus, qui non eſſet ſub aliqua Diœceſi.*
5 *De introductione exemptionis Regularium, & monaſteriorum.*
6 *De privilegiis exemptivis Religionis Jeroſolymitanæ.*
7 *De uſu Prælatorum inferiorum, eorumque diverſis ſpeciebus, quæ diſtinguuntur.*
8 *Territorium Monaſterii, vel Eccleſiæ exemptæ, conſiſtit in ipſius ambitu, & juriſdictio Prælati eſt in perſonas.*
9 *De Prælatis inferioribus cum juriſdictione in Clerum, & populum, ſed intra Diœceſim Epiſcopi, & quid iſta juriſdictio importet.*
10 *De Prælatis cum territorio ſeparato & nullius.*
11 *Ad ſolum Papam pertinet territoria ſeparare.*
12 *Territorium ſeparatum non præſumitur, & illud probandum eſt, vel per privilegium, vel per immemorabilem.*
13 *De differentia inter unam, & alteram ſpeciem probationis, & immemorabilis non ſuffragatur, niſi canonizata per tres conformes.*
14 *De concluſione, quod Epiſcopo agenti incumbat onus probandi ſituationem loci in ſua Diœceſi.*
15 *De probatione ſituationis in Diœceſi.*
16 *A finibus temporalibus non infertur ad ſpirituales & econtrà, & non ex eo quod locus habet territorium proprium ab aliis locis diſtinctum, ergo eſt de territorio ſeparato.*
17 *A finibus temporalibus eorumque diſtinctione inferri non poteſt ad ſpirituales.*
18 *Epiſcopus habet intentionem fundatam in omnes Eccleſias, & perſonas Diœceſis ſuper lege Diœceſana, & juriſdictione ſpirituali.*
19 *De privilegiis Religionis Jeroſolymitanæ quam ſpeciem juriſdictionis tribuant Prioribus, & Commendatariis.*
20 *De juriſdictione Prælatorum inferiorum in Monaſteriis & Eccleſiis exemptis intra Diœceſim.*
21 *De differentia inter Prioratus, & Monaſteria ſita in ipſis Civitatibus, & de locis de ipſorum juriſdictione.*
22 *Caſus, in quo etiam in populum tanquam colonos competat juriſdictio.*
23 *De probationibus territorii ſeparati, & de improbabilitate immemorabilis.*
24 *De Juriſdictione media Prælatorum inferiorum juxta terminos cap. auditis de præſcript.*
25 *An & quando per exercitium aliquorum actuum interrupta dicatur præſcriptio Prælati inferioris.*
36 *De concluſione, ut in cauſa univerſali poſſeſſio aliquorum actuum ſufficiat, quomodo procedat.*
27 *De compatibili cumulativo concurſu plurium Superiorum, & habentium eamdem juriſdictionem.*
28 *Declaratur concluſio de non dandis duobus capitibus in uno corpore, quomodo procedat.*
29 *An dari poſſint duo Epiſcopi in una Eccleſia.*
30 *Quomodo dicatur probata juriſdictio Prælati inferioris, compatibiliter cum actibus geſtis per Epiſcopum.*

D I S C. I.

FRequentiores, privativè ad omnia Catholici Orbis Tribunalia, ſunt in Romana Curia controverſiæ juriſdi-
ctionales ſuper juriſdictione ſpirituali, ſeu Epiſcopali, tam 1
ordinaria, quàm à Sac. Concilio Tridentino, & Apoſtolicis Conſtitutionibus delegata, inter Epiſcopos, & Prælatos inferiores, illæque videntur hodiè, potiùs facti, & applicationis, quàm juris, cùm iſtius theoricæ, ſeu concluſiones generales videantur jam firmatæ, ac extrà controverſiam, quæ tota verſatur in applicatione ad caſum, Unde propterea, adinſtar materiæ fideicommiſſariæ, & ſimilium, congruum ac opportunum videtur, plures controverſias, quas diſputare contingat, diſtinctè adnotare & recenſere, quamvis ſub eiſdem concluſionibus, ac juris principiis cadentes, ob diverſas facti circumſtantias, ex quibus, eiſdem juris principiis retentis, diverſimode in uno, ac altero caſu judicandum eſt, ideoque diverſi eventus illorum caſuum, qui ſimiles, ac identifici videntur, nimium proſunt ad verita-

A tem